AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 241
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



delicti & damnationis obstrictum. neminem quae inde liberari.
nisi renascendo per xpm. Tam inconcusse tenere debemus. ut sciamus
eum qui hoc negauerit. nullo modo ad xpi fidem & ad eam quae per
xpm datur pus illis & magnis dei gratiam pertinere. unde si origo animae
lateat. dum tamen redemptio clareat. periculum non est. Neque
enim in xpm credimus ut nascamur. sed ut renascamur. quomodo
cumque nati fuerimus. Hactenus autem dicimus sine periculo latere
animae originem. ut non tamen eam pastem dei. esse credamus. sed
creaturam. Nec de deo natam. sed ab illo factam. Atque in eius genus
adoptandam mirabili dignatione gratiae. non parabili digni
tate naturae. Nec eam corpus esse sed spm. non creatorem
utique sed creatum. Nec ideo uenisse in hoc corpus corruptibile
quo grauatur. quod illuc eam uitae in caelestibus. uel in quibus
libet aliis mundi pastibus antea male gesta merita compulerunt.
Nondum enim nato sapostolus cum de rebecca geminis loqueretur.
nihil egisse dicit boni uel mali. Ut non ex operibus quibus nullus
alter distinguebatur ab altero. sed ex uocante diceretur. minori
seruiturum esse maiorem. His igitur firmissime constitutis.
situm reconditum atque abditum est in occultis operibus dei. ut nec
scribturarum diuinarum manifesto eloquio declaretur. utrum
propterea nihil boni uel mali nondum nati egisse credendi sint. quia
non ex aliis propagatus. sed mox ex nihilo creatus animas singuli
accipiunt. An quia cum essent originaliter in parentibus. adhuc
ipsi nullierant. qui suas & proprias uitas agerent. illa tamen sit
fides salua. qua credimus nullum hominum siue maioris siue par
uulae quam libet & recentis aetatis liberari. a contagione mortis
antiquae & obligatione peccati. quod prima natiuitate contraxit.
nisi per unum mediatorem dei & hominum hominem xpm ihm. Cuius
hominis eiusdem que dei saluberrima. fide. etiam illi iusti
salui facti sunt. qui prius quam uenire & in carne crediderunt